

5

DISPOSITIONES


HOMILETICÆ

II

1680-1713

5

HYK






Dispositiones homileticae
et
concionae.

part. II.

1680 - 1713



IN TEXTUS POENITENTIALES,
Quatuor Dierum Solemnium Precum

ANNI 1680.

BREVES DISPOSITIONES HOMILETICÆ.

Die I. 23. April.

CONCIO I.

Parasc. Nebem. 1: 11. usq; ad medij tinom *Zienare.* Votum est pii Nehemix, dum concessa post captivitatē Babylonicā libertate, *Esr. 1: 2, 3.* appropinquaret felicitas populi Dei, *Nebem. 2: 18, 20.* Pii in patria, grata mente sentiunt beneficium pacis & liberationem ex tot priorum annorum malis, initio sancti operis poenitentialis solemnibus diebus hoc anno continuandi, (1) *Petunt exauditionem, Ach HErre lät ic.* (2) *Exponunt propositum, begära fructa HErrans Dampn.* (3) *Declamant spem, cum voto ut hisce diebus sacris mā lyckosamliga tilgå! ic.*

TEXTUS, *Exod. 23: vers. 25-26, 27.*

E*Xord. Esaj. 1: 19.* His verbis inter alia nos allocutus est Deus, *An. 1675. Conc. I. Diei 3. Penitent.* In securitate nostra tunc immergi hærebamus, proposuit Deus tutissimum & saluberrimum gratiæ consequendæ medium, *penitentiam veram, v. 16, 17, 18.* addidit promissionem jucundam *v. 19. Si voluntate prompta me audieritis, (1. Sam. 13: 21.) comedetis bonum terræ: in jucundissimum usum convertetis, Lev. 26: 3, 5, 10. Esaj. 61: 8, 9. id quod in illa est optimum, Jer. 2: 7. cor. f. Hiob. 21: 23, 24.* At in cursu peccatorum pergebamus, inde justis sine ab illo tempore immisit gladium, cujus vim horrendam eadem concione ex *Esaj. 1: 20.* comminatus est. Nunc postquam pace reddita gladium in vaginam recondit, *1. Chron. 22: (21) 27.* iterum primo hoc textu amoris verbis nos affatur. Sicut pater filium admonitionum negligentem castigat, at post iterum promissis, si ve pome ostenso, in obsequio tenere tentat, ita & Pater cœlestis nobiscum agit, *Psal. 103: 13, 14.* hic itaque in textu

(Propositio,) Vox Dei benigne invitantis.

Votum *Psal. 119: 88.*

Israëli educto ex Ægypto, per plurima statuta Deus dedit, *Exod. 20. & seqq. capp.* Dignitas & felicitas hujus gentis, multis quoque declarata.

390.
clarata est verbis, si Deo grati forent. *Exod. 15. & 19. capp. Sc.* in Compendio quasi *vox benigna Dei h. l.* proponit.

I. *Svave preceptum, Men Heranomitiæ*: Verba Christi, *Matth. 11:30.* huc sensu bono accommodare licet. Est autem svave, quia (a) *promittitur, Exod. 23: 20-22. filius Dei, angelus increatus, ductor & tutor,* non tantum viam in deserto monstrans, *Exod. 13: 21.* ab hostibus defendens, *Exod. 14: 19, 20,* illosque propellens, *Jos. 5: 14. & 6: 2,* sed & in cultu Dei, interna illuminationis vi & gratiæ robore populum suum juvans & firmans, *1. Sam. 12: 22, Esaj, 63: 9. 1. Cor. 10: 3, 4.* (B) *declamatur modus jucundus,* in festivitatibus, *Exod. 23: 14-17.* & primitiarum copia, *v. 19,* Deus ejusmodi instituit, ut populus tanto magis abstraheretur à cultu idololatræ, *Deut. 12: 2, 4. seqq. (y) Ipse Jehovah colendus,* non Deus imbecillis, *conf. Exod. 15: 11. Jer. 10: 10-12, Sc.* (d) *Deus noster,* durum est servire peregrino Domino, *Exod. 1: 13, 14.* at nihil svavius quam Deo suo servire, idque propterea ut fundamentum decalogi ponitur, *Exod. 20: 2. Deut. 6: 4, 5, Sc.* (e) *Ipsa servitus jucunda,* quia (i) *honorabilis, Deut. 4: 6, 7, 8.* Deo dilectissimi vocantur ejus servi, Moyses, *Num. 12: 7, 8.* Josua, *Judic. 2: 8,* David, *1. Reg. 11: 13,* Eliakim, *Esaj, 22: 20, Sc.* ipse Messias, *Esaj, 42: 1, & 49: 3, 5, 6, Sc.* Prophetæ, *Zach. 1: 6,* Apostoli, *Tit. 1: 1, Sc.* (2) *Summe utilis,* non tantum in futuram vitam, *1. Tim. 4: 8.* sed in præsentem, ut sequens pars docebit.

Applicatio. Nobis Christianis nihil svavius esse debet, quam hoc præceptum, *NB. Textus vert. ex Phil. 2: 1-4.* habemus Jesum adjutorem, *Job. 15: 1-5.* cultus modum faciliorem quam Judæi, *Hebr. 7: 8: capp.* cognitionem Dei clariorem, *2. Cor. 3: 6-11, 18.* Deum verbo, fœdere, sacramentis, benedicendo & juvando, *nostrum se declarantem, Tit. 2: 14.* non minus quam fuit olim Deus Israelis: nunc nos sumus Israël spiritualis, *Gal. 6: 16.* & ex cultu ejus honor & utilitas, *Matth. 23: 23.* Verum justissime conqveruntur Rex in edicto & omnes pii, quod longe indignissimi simus titulo *servorum Dei: (diducatur pro ratione cuiusvis Ecclesiæ.)*

II. *Promissum magnum:* bonum spirituale est in ipso cultu Dei, *Gen. 15: 1. Psal. 19: 14.* sed ut tanto obedientiores simus, boni temporalis delectatione, Deus nos alacriores reddit in eo, ad quod antea omni obligatione obstringimur, sic *Deut. 4: 40. & 6: 24. Prov. 3: 2. Ep. 6: 3. 1. Pet. 3: 10.* Promittit Deus sine aliquo nostro merito, *Luc. 17: 10.* ex mera gratia sua, *Gen. 22: 10.* obedientibus h. l. (a) *Benedic-*

*Magis est
promissum
servorum Dei*

Stio.

tionem vicium: per panem & aquam omne nutrimentum intelligitur,
2, Reg. 6: 22, 23, Efr: 10: 6. Prov, 25: 21. Esa. 3: 1. imo si viliori vesce-
rentur cibo, Deus & illi benedictionem addet, Deut. 8: 3. Dan, 1: 12,
15. (β) Sanitatem, Heb. & tollam a te morbum, Exod, 15: 26. il-
lum maxime quo vexabantur vicini, Deut, 7: 15. (γ) Fecunditatem,
v, 26. Heb: Non eris abortivum faciens, nec sterilis, &c. Gen: 49: 25. Deut.
28: 4, 11. & 30: 9. (δ) Longam vitam, Prov. 4: 4. & 9: 11. & 10: 27, &c. brevis
vita impiis est pœna, Psal. 55: 24. Sapient. 4: 19, 20. (ε) Securitatem
ab hostibus, v. 27. timor inimicis incussus, Gen. 35: 5. Deut, 11: 25. Jos.
2: 9, &c. pro piis Deus pugnat, 2: Sam. 22: 15, 41, &c.

Applicatio, hæc bona singula aut experti sumus, aut optamus
porro; quam gravia sint mala contraria, nemo ignorat, & quis ab illis
metus, Rex clementissime indicat. itaque serix pœnitentiæ ac vitæ bo-
næ operam demus, & ardentem premus, Psal. 28: 9.

CONCIO II.

Parasc. Psal. 63: 3, 4, 5, 6. hoc die primo, in locis sacris ad Deum respi-
cimus, orantes ut pro beneficiis acceptis gratias agendo, nova
obtinendi spem concipiamus.

TEXTUS, Psal. 147. v. 12. ad finem.

Exord. Esa. 63: 7. (ab initio cap. 64) *U*terans Darmhertigheit! &c.
Merito hoc anno solennes preces cum gratiarum actione inchoa-
mus. Dies hic primus, per quatuor annos calamitatis præcedentes, non
tam additus quam reliquis præmissus, ut tanto maturius primo vere &
succedente ætate, in casibus bellicis imminetibus, gratiam Dei impe-
traremus, Psal. 5: 2, 3. Pius Rex noster pro pace circa finem anni firmata,
cum laude voluit superiorem annum claudi, & nunc, tantum abest ut
diem hunc primum negligi velit, quin potius ad promptas laudes de-
votionem solennem maturaverit, Psal. 57: 8, 9. & 108: 2, 3, &c.

(Propos.) Excitatio matura ad laudes Dei.

- I. Propter pacem & benedictionem, v. 12, 13, 14.
- II. Propter admirabilem mundi conservationem, v. 15, 16, 17, 18.
- III. Propter verbi sui benignam concessionem, v. 19, 20.

Explicatio singulorum membrorum, & doctrinæ primariae, copiose
haberi possunt in enarratione Psalterij Davidici, lingua vernacula hic
Aboæ edita, 1679. Ac quoniam medius textus à Pastoribus Ecclesiarum
tractandus est, ipsi sic pie & diligenter in applicatione ad Ecclesiam & pa-
triam nostrâ, pro illis & pro Rege orare doceant, 1. Chr, 18: 20, 22-24, 26, 27.

Parasc. Psal. 27: 11. ita oramus dum ex verbo Dei audiemus quam nobis viam monstravit. adde Psal. 25: 4, 5. &c.

Textus Deut. 10. v. 12, 13, 14, 15, 16.

Exord. Mich. 6: 8. Bonum & justum est quicquid Deus exigit, Psal. 19: 12. & id sapius proponit ne quis ignorantia se excusare possit, Hab. 2: 2. Prov. 6: 23. compendio mandata Dei tradit Micha, (1) *Exercere justitiam*, hälla Gud; Det! Heb, *Sed ut facias judicium*, Gen. 18: 19. 2. Sam. 8: 15. officium nostrum fictorum præscribitur, quod Deo proximo & nobis debemus, Tit. 2: 12. conf. Esaj. 1: 17. Amos, 5. 14, 15. (2) *Amare misericordiam*: in alios, imprimis pauperes, benignitatem exercendo: hoc ut indicium & fructus veræ pietatis sæpe urgeatur, Esaj. 58: 6, 7. Dan. 4: 24. &c. (3) *Humilitati studere*, Hebr. & ad submissæ ambulandum cum Deo: tremendo Numini & Majestati Dei tui, omni devotione te submitte, Deut. 28: 58. 1. Pet. 5. 6. Micha respicit textum nostrum, & Deut. 30: 15. itaque videamus (Propos.) Mandatum Divinum justissimum.

Votum Psal. 143: 10

Est Deuteronomion repetitio legis & quorundam statutorum explanatio. Omnium vero summa in textu exhibetur. ubi

I. *Mandatum ipsum*, (α) *Ad quem?* Israëlern. Et nunc Israël. Tu gens præ omnibus aliis dilecta & ideo de cunctis aliis selecta. Exod. 19: 5, 6. vid. membr. 2. (β) *Quis mandans?* Deus summus, Deus tuus v. 14. (γ) *Quid exigit?* (1) *Timorem*. Deum in omni actione revereri, ut Dominum summum & patrem optimum, ne illum peccatis offendamus, Gen. 39: 9. Exod. 20: 20. 2. Chron. 19: 7, 9. Psal. 90: 11. 2. Cor. 7: 1. (2) *Obsequium*: ambulare in viis ejus, Deut. 5: 32, 33. 1 Reg. 2: 3. Omnium præceptorum impletio est nobis impossibilis, Rom. 8: 3. tamen sic præcipitur, ut omnia illa sancta esse sciamus, Nehem. 10: 29. debitum nostrum agnoscamus, Deut. 5: 27. ad studium pietatis accendamus, Matth. 5: 48. & Christo firmius adhareamus, qui totam legem pro nobis implevit, Matth. 5: 17. Gal. 4: 4, 5. (3) *Amorem Dei*, Jos. 23: 11. Psal. 18: 2. & 97: 10. &c. (4) *Cultum insu- catum*. Fieri JEKranom! in omni tuo corde, & in omni tua anima. h. e. omnibus animæ & corporis viribus ac facultatibus, Deut. 6: 5. 1. Chron. 29: 9. Matth. 10: 39. & 22. 37. &c. (5) *custodiam mandatorum*, in omni vita, Deut. 4: 1. & 6: 2. &c. (δ) *Quis fructus?* ut bene sit tibi, Deut. 6: 3. Jer. 32: 39.

II. Man-

2. Timorem.

3. Obsequium.

4. Amorem

5. Cultum insu-

6. Custodiam mand-

II. *Mandatum & causa*: duo profert, ostendens populū nullā ratione, mandatis divinis se subducere debere: (1) Quia Deus summus est, & omnia ejus sunt, v. 14. *Gen. 14: 19. Psal. 24: 1. & 115: 16.* per *caelos caelorum* intelligitur summum caelum, quod unquam est aut esse poterit, 1. *Reg. 8: 27. Jer. 23: 24.* (2) quia populum Israelis prae omnibus alijs, ex gratia, non per illorum merita, in peculium suum assumpsit, v. 15. *Deut. 4: 34. & 7: 6. 7. 8. & c.*

III. *Obsequij initium & indicium*: *vers. 16.* (1) *Circumcisio cordis*: h. e. omne id quod nostis Deo inimicum esse, deponetis, *Ezech. 44: 7. 9.* illicitos affectus & pravas concupiscentias extingvetis, *Matt. 18: 8. Rom. 2: 28. 29. Gal. 5: 24. Col. 2: 11. Objicit*: Num hoc in potestate nostra situm est? Estne conversio opus Dei? *Phil. 2: 13.* quomodo id à nobis requiritur, quod precibus à Deo obtinemus? *Psal. 51: 12. Respondeo.* Et hoc expressissimis verbis Deo adscribitur, *Deut. 30: 6. Ezech. 36: 26.* proinde quando ad hominem ipsum dirigitur mandatum, ut h. l. *& Jer. 4: 4. & c.* tunc innuitur (α) *debitum nostrum*, quod debeamus morem gerere mandatis Dei, *Deut. 30: 19, 20.* & gratiae praevenienti obicem non ponere, *Matt. 23: 37. Apoc. 3: 20.* (β) *Studium re-generatorum*, qui per virtutem Spiritus Sancti in bonum tendunt, 2. *Cor. 4: 16. Eph. 4: 23.* (2) *Duritiæ evitatio.* Hebr. *& ne amplius obsirmetis cervicem vestram.* Similitudo est desumpta ab animalibus, quibus imponi debent juga; dum non facile regi possunt, duræ cervicis esse dicuntur, *Hos. 4: 16.* cum illis saepe comparatur populus rebellis, *Exod. 32: 9. Deut. 9: 13. Esaj. 48: 4.*

Applicatio. Aculeum in mentibus nostris relinquere debuit *textus ult. diei super. anni, ex Jer. 5: 3.* ubi Propheta duritiem nostram accusavit, denuo nunc monemur, ut dociles simus, & duritiem deponamus, post acceptas plagas. Præmittuntur h. l. plenæ informationes quomodo nos geramus, adduntur causæ validissimæ, itaque cor nostrum ne induremus, *Psal. 95: 8.* Prægnantissima certè obsequij causa ex beneficiorum cumulo in nos collato. Non est in mundo gens, quam Deus prioris felicitatis cursu, immissarum afflictionum moderamine, & nuperrimæ tranquillitatis gaudio, sic populum suum esse demonstravit, quemadmodum se Deum nostrum monstravit, 2. *Sam. 7: 23. 24.* id jam ex *Psal. 147: 12.* * *fassus sumus, die primo pœnit.* Verum num & populus alius in Deo irritando nos vincat? Vix. Certe aut omnes aut plurimos superamus. Remoti sumus ab alijs, inque angulo Europæ siti, nec vicinorum contagium usque adeo accusare possumus,

*Quæritur
si deponi
da.*

394
aliunde tamen vitia, ut thesauros colligimus, & quasi in centro ea combinamus. Regiones steriliores habemus, aut peccatorum incitamenta, & omnis generis luxus & superbię instrumenta, non tantum aliunde conquirimus, sed ex distitis terris, pretiosissimis fundi nostri proventibus redimimus: & quis peccatorum nostrorum classes enumerare possit? *Dum ne sic satis cervix nostra? Esaj. 48. 4. Manet ne cor nostrum incircumcisum? Act. 7. 51.* proinde monemur ex *Hos. 10. 12.* & optamus, *Converte nos Domine & convertamur, Jer. 31. 18.*

CONCIO II.

Parasc. Psal. 119. 170. 171. (vid. enarrat. psalmorum vernaculam part. 3. pag. 185.) laudum primo die pœnitent. inchoatarum continuatio à nobis requiritur in textu, supplex autem præmittenda oratio, ut *liberati* ab omnibus pii instituti impedimentis, *labia nostrum ebullient dignas Dei laudes, &c.*

TEXTUS, *1. Reg. 8. vers. 56, 57, 58.*

Deo pacem concedit!
E*Xord. Luc. 1: 74, 75.* Zacharias finem ostendit, propter quem Deus pacem nobis concedit, agit quidem primario de spirituali liberatione, sed & his, pacis temporalis bonum includitur, (1) *Ut sine metu vivamus liberati ab hostibus, &c.* metus nullus amplius erit ab inimicis, *Prov. 1: 33. Zach. 3: 10.* sed timor fidelis erga Deum in eum colendo semper erit, *Psal. 111: 10. Phil. 2: 12. Prov. 28: 14.* ideo requiritur, (2) *Ut Deo serviamus,* *Psal. 2: 11. Jer. 32: 39. 40.* additur servitutis ratio (3) *in sanctitate & justitia,* *Eph. 4: 24. 1. Tim. 1: 5. Tit. 2: 14.* omni loco, quia *coram Deo,* *Gen. 17: 1. 1. Tim. 2: 8.* omni tempore, quia *cunctis diebus vite nostrae,* *Deut. 5: 29. & 11: 1. 1. Thess. 5: 16, 17. 1. Pet. 1: 15. Tob. 4: 6.* Providerat Rex noster clementissimus, multos in prima pacis fruitione delabi in vitia & securitatem, ideo ut inexcusabiles sint mali, & tempestive corrigantur emendabiles, hoc textu monstrari vult.

(Propos.) Opus liberati populi Dei.

Votum, *Psal. 119: 116.*

Ut est *Psalterium liber orationum* Davidis, ita hoc cap. *1. Reg. 8.* est *caput orationis* filii ejus Salomonis. Magna solennitate & hominum frequentia, immensa sacrificiorum copia, imprimis prolixa ac divino spiritu plena oratione, templum suum inauguravit, & Deo consecravit Salomon; In verbis textus nostri, orat cum populo & pro eo, cum illo Deo & laudes & supplicia vota offert, representans *opus piorum liberatorum;* Est vero illud

I. *Laudatio Dei devota, v. 56.* Iosuat mare *Herren*. Summus ac verus Deus *Jehovah benedictus sit*, h. e. extollatur, ut omnis boni & benedictionis auctor & collator, *Judic. 5: 2. Psal. 34: 2. & 66: 8. Eph. 1: 3. &c. qui populo suo Israheli quiete dedit.* post gravissima sub Josua, judicibus, Saule & Davide bella, *Judic. 10: cap. 1. Sam. 11. & 14. capp. 2. Sam. 5: & 8. 1. Reg. 5: 3. &c.* demum sub Salomone diuturnior concessa pax, *1. Reg. 4: 24. 25. & 5: 4.* sâsom han sagt hâsiver / Hebr. *secundum omne quod locutus est.* dedit promissionem pacis secururæ post afflictiones, *Gen. 15: 13, 14, 16.* & eam repetitam fuisse cum majoris ex pace felicitatis spe, patet ex *Jos. 21: 44.* *Itæ est är försallit / Hebr. & Luth. nec cecidit verbum unum, ex omni verbo ejus bono.* h. e. nulla promissio vana aut irrita facta (*similis phrasis. Jos. 21: 45. & 23: 14. 1. Sam. 3: 19. 2. Reg. 10: 10.*) respicit hic ad insignia illa bona, in quietâ habitatione sæpius promissa. *Exod. 15: 17. Deut. 12: 10, 11, 12. & 31: 3-6.*

Ufus: Pius Rex noster in difficilimis temporis proximè elapsis, Davidis verba, quæ ille in castris & campis composuit, nobis proposuit, ut auxilium divinum implorarem, nunc cum Salomone, qui & nomen & omen pacis habuit, *1. Chron. 23: 9.* in templa nostra cum cantu pacis, (*Esaj. 52: 7. & 57: 19.*) nos ducit. *Bened. Dom. qui dedit populo suo pacem!* hanc inter præcipua dona Dei celebremus, & unicè Deo adscribamus. Id hic fateatur Salomo, nec quicquam aut fortitudini Patris Davidis, aut sapientiæ suæ tribuit. *1. Reg. 5: 4. (vid. 1679. die 4. Conc. 1. membr. 2. & homil. diei Solenn. grat. ast. 12. Decemb.)* pariter Sereniss. Rex noster, qui etiam si tam claris victoriis eam in bello acquisivisset gloriam, quam nemo mortalium in ea ætate à condito universo habuit, non tamen amat caduca trophæa, nec spargere cupit numismata, superbis & iniquis emblematis & inscriptionibus punctentia, sed in Dei domo, in Ecclesijs, in cordibus nostris vult erigi *monumentum auxilij.* *1. Sam. 7: 12.* cum inscriptione, *Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israheli:* Nobis, qui sumus nunc Israhel spiritualis, *Gal. 6: 16.* Nec minus quam Salomo ad promissionis Dei provocare audeat, quippe cum primum imperium capefferet, divinæ assistentiæ fiducia corroborabatur ex *Psal. 61: 7, 8.* Et Ecclesia patriæ, ut nunc pæce cœlitus data fruitur, ita in summis angustijs, pacis promissionibus se solabatur. ex *Psal. 5: 11, 12. & 34: 13, 15. & 62: 8, 9. & 80: 5-20. & 85: 9. Mich. 7: 9. Zach. 8: 14, 15.* Multisque aliis textibus consolatorijs, diebus solennibus expositis. Ex infinita misericordia *requiem dedit Deus secundum omne quod locutus est.* textus tertius h. d. *Nos. 11: 7, 8, 9.* similiter omnia attribuit miserationi divinæ,

396
II. *Votum humillimum.* v. 57. *HEXren* war Gudh/ ic. Fiduciale promissum patris Davidis, 1. *Chron.* 29: 20. convertit Salomo in votum: nam presentia Dei benigna est fons omnis felicitatis, *Levit.* 26: 11, 12. *Deut.* 31: 6, 7, 8. *Judic.* 6: 12. *Psal.* 56: 4, 5. *Jer.* 1: 8. *Rom.* 8: 31. *Eccl.* Sâsom han marit/ ic. phralis in votis usitata. 1. *Sam.* 20: 13. 1. *Reg.* 1: 37. & idonea valde ex prioribus beneficiorum cumulo, & fœderis quasi hereditate ad commovendum Deum, *Exod.* 32: 13. & augendam spem in fidelibus, *vid. Con.* 2. die 4. 1676. ad *Psal.* 85: 1-9. Han öfvergiftwe öf ic/ jam id promiserat Deus, 1. *Reg.* 6: 13. & Dei nomine sponsponderat Samuel. 1. *Sam.* 12: 22. tanto ardentius vero de eo orat Salomon, quanto majus ex discessu Dei malum, *Hof.* 9: 12. Öf tige ic/ e Handen isrä öf. Vox Hebr. occurrit de neglectu ejus rei, quam quis antea curavit sedulo. 1. *Sam.* 17: 28. Et est irati Dei signum quando sic negligit aliquem *Esaj.* 2: 6. *Jer.* 12: 7. & 23. 33. 39. Rogant itaque pii, ne Deus illos sine ductu & consilio relinqvat, sed ut conservet, *Psal.* 37: 17. 24. & 145: 14. & ducat, *Psal.* 48: 15. & 80: 2.

Uusus. O quam necessarium hoc votum hominibus requie gaudentibus! diligenter in periculis oravimus, jam vero socordes sic cogitant, in portum evasimus, non nunc magna orandi necessitas, cessavit procella, sedata quiescunt undæ; at Salomo divinam presentiam & gubernationem simul implorabat, cum pro pace gratias egit, Nam pacis tempore in peccatum cito labimur, *Ezech.* 16: 49. Exempl. in ipso Davide, 2. *Sam.* 11: 2. Salomone, 1. *Reg.* 11: 4. Ac per peccata in plurima gravissimaque mala rûimus, alra gaudentes pace, *Judic.* 8: 11. & 18: 27. *Esaj.* 47: 8. *Jer.* 49: 31. *Ezek.* 30: 9. *Zeph.* 2: 15. 1. *Thess.* 5: 3, (*vid. Indic. enarrat. Psalt. sub titulo Säterheet.*) Propter misericordiam suam & preces Regis Joahazi, Deus misertus aliquando fuit regni Israël, ac reddidit amissas quasdam terras & urbes post concessas victorias, 2. *Reg.* 13: 4, 5, 23. 25. Verum quoniam populus priora peccata in nova quiete auxit, 2. *Reg.* 17: 14. 15. Majori cum damno & recuperata & antea intacta, postea amiserunt, 2. *Reg.* 15: 29. & 17: 23. Annon idem vel simile judicium nobis immineat, si pace hac male utamur? *Luc.* 13: 3. ideo seqvamur monitum Pauli, 1. *Cor.* 10: 12. & Christi, *Luc.* 21: 36.

III. *Desiderium pium,* v. 58. Ad Deum tendit pia mens, *Psal.* 27: 8. Dei auxilio, *Job.* 6: 4. 4. *Cor.* 3: 5. *Phil.* 2: 13. desiderant liberati ut corda eorum ad Deum inclinentur, *Jos.* 24: 23. NB. 1. *Chron.* 30: 18. cupiunt Deum amare, *Deut.* 30: 6. illi adhærere, *Psal.* 51: 13, 14.

ver-

verba ejus sequi, *Psal. 119: 36. 112. ambulare in omnibus ejus viis. 1. Reg. 2: 3, 4. Psal. 143: 10. Custodire mandata ejus, Ec. 1. Reg. 8: 61. Perspicue admodum lex proposita Judæis, Deut. 5: 1, 4. Ec. 3: 11. Ec. & adhuc voluntas Dei clarissime nobis patet, Rom. 10: 8.*

Ufus. O utinam hocce desiderium in cordibus omnium, quibus pax feliciter contigit, serio esset! ut qui ex bello redeunt, ad priora peccata ne redeant, sed ut *cor suum* redeundo *stecti* velint ad Deum, & non ad impietatem, pejerationes, litigia, eades, lasciviam, luxum, superbiam, aliorum contemptum, oppressionem, expilationem, &c. Utinam qui domi fuerunt, domum redeuntes peccare non doceant, 2. *Reg. 17: 40.* sed ut illis viam Domini monstrant, *Psal. 34: 12, 15.* O utinam nobis omnibus eveniat secundum *Act. 11: 23.* Sic vovemus ex *Psal. 86: 11. Phil. 4: 7.*

Die III. (d. 9. Julij.)

CONCIO I.

Parascév. Psal. 28: 2. (vid. enarrat Psalt. vernacul. part. 1. p. 250.) devote semper Deum sic orabimus, maxime dieb. pœnit. Hodie & manus & corda nostra Deo submittere jubemur in textu.

TEXTUS. 2. *Chron. 30: v. 8.*

E*Xord. Jac. 4: 8.* Tria Apostolus requirit (1) *Ut corpore & animo Deo nos adjungamus*, per veram conversionem & piam congregationem in locis sacris, 1. *Sam. 14: 36. Psal. 26: 6, 7. Ec. 122: 3, 4.* (2) *Ut manus purgemus*, h. e. actiones nostras gratas Deo reddere conabimur, aversione à malo & studio boni, *Esaj. 1: 15, 16, 17.* (3) *Ut corda mundemus*, ἀνώγει καρδίας διψυχοι, vos *duplices animo*, *Jac. 1: 8.* Inconstantes, *Esaj. 7: 9.* claudicantes, 1. *Reg. 18: 21. divisi corde, Hos. 10: 1.* deponite hypocrisis, & Deo toti adhærete, *Deut. 6: 4, 5. Ec. 10: 20.* Apostolicum hoc mandatum in textu per Regem Hiskiam proponit Spiritus Sanctus, & ut *lex* de charitate, *regia* vocatur, *Jac. 2: 8.* Ita in textu habemus.

(Propos.) Mandatum vere Regium.

Votum, *Psal. 5: 2.*

Magna laus Hiskia legitur, 2. *Reg. 18: 5, 6.* egregio pietatis exemplo declaratur, 2. *Chron. 30. cap.* jussis & curis ejus de Paschatis celebratione legitima: *mandatorum* summa & centrum in textu ostenditur. Ubi

I. *Devota subjectio* exigitur, præmittitur exhortationis vox,

398.
Nunc itaque, in duobus vos humiles exhibeatis. (1) *Ne induretis cervicem vestram, sicut patres vestri, Aët. 7: 51.* ne sitis ut indomita animalia, quæ nolunt collum suum sinistrorsum aut dextrorsum ad voluntatem regentis flectere, nec ut equi ferocientes, qui fræni vim contemnunt, & obfirmato collo sessoris nisu eludunt. Occurrit hæc phrasid de peccatoribus contumacibus & rebellibus, *Exod. 33: 3, 5. & 34: 9. Deut. 9: 6. & 31: 27. 2. Reg. 17: 14. 2. Chron. 36: 13. &c.* De quorum miseria, *Prov. 29: 1. Jer. 19: 15.* (2) *Date manum Domino,* manus submittere alicui, & gestus & phrasid est subjectionem declarandi, *Gen. 24: 2. & 47: 29.* & in *Hebr. 1. Chron. 30: 24. Jer. 50: 15.* Sed & sic humiliter supplicantium animus declaratur, *Psal. 68: 32.*

Applicatio, (1) Non contemni debet quod Rex noster clementissimis hoc anno *induritionem* nostram ex verbo Dei accusaverit, *Die 2. Penitent.* ex *Deut. 10: 16.* & jam in hoc textu. Annon deprehenderit nos post bella hæc magis in peccatis iuduratos, *Jer. 7: 26. & 17: 23.* quam ut de emollitis cordibus nos laudare possit? *Lev. 26: 41. 2. Reg. 22: 19.* ideoque agnoscamus, deprecemur & aversemur indurationis crimen, *Nehem. 9: 16, 17, 29, 31.* (2) Alii bella gerunt, ut populos sibi submittant, *Judith. 1: 1. &c.* At pietatis magnæ documentum est in Sereniss. Rege nostro, quod cum ereptas sibi terras, denuo in obsequium sui vindicaverit, postulat ab omnibus suis subditis, ut Deo se submittant, *Jac. 4: 7.* Ideo obedientiâ, *1. Pet. 5: 6.* & precibus, manus ad Deum extendamus, *Psal. 63: 5. Thren. 3: 41,* & opem de cælo expectemus & excipiamus, *1. Reg. 8: 22, 30, 38. Esr. 9: 5. &c.*

II, *Pius cultus requiritur,* idque (1) *Congregatione in sanctuarium Domini, quod sanctificavit in æternum:* templum intelligit solenni cultu & in habitatione divina sanctificatum, *1. Reg. 8: 10, 11, 13.* ubi *æternitas,* sicut alibi quando sermo est de externis cultus Israëlitici, notat durationem usque ad tempora Messæ, *1. Reg. 9: 3, 5. Gen. 13: 15. &c.* (2) *In Dei servitute.* (cujus rationem vid. *Conc. I. die 2. & Conc. I. die 4. hujus anni,*) adde *1. Sam. 7: 3. & 12: 10. Jer. 30: 9. Matth. 4: 10. Aët. 26: 7. Rom. 12: 1, 11. & 14: 18.*

Applic. Damnare sic voluit Rex noster verbis Dei per Hiskiam, perversissimum illorum morem, qui cultum publicum deserunt, & sacra in angulos & ad loca privata trahunt. (*vid. Conc. I. die 2. 1679, usu 1.*) Quid vanius quam alium colendi morem introducere, quam Deus ordinavit? *Esaj. 5: 21.* Væ denunciatur ministris si verbum Dei non prædicant, *1. Cor. 9: 16.* audire autem & prædicare se mutuo ponunt, *Rom. 10: 14.* ideo malum illis imminet, qui non alias nisi pro volunta-

luntate sua, verbum rei adhibe volumus, *Esaj. 57: 17, 18, 19.* Ps. 6, 7. An illi credant *Communione Sanctorum*, & num in illa sint, qui se a sancta Ecclesia ipsi excommunicant? *Hebr. 10: 25.*

III. *Fructus utriusq; promittitur*: Dulcissimus ille est: *Convertat Dominus a vobis furorem irae suae.* Dei ira est summe formidabilis, *Hiob. 9: 13. Psal. 76: 8.* notat autem vindictæ Divinae effectum, non autem turbulentum aliquem in Deo affectum, *Esa, 30. 27.* & quoniam iræ Dei nomine, intelliguntur poenæ temporales, *Psal. 78: 21, 31. Esaj. 40: 11.* & æternæ, *Job. 3: 36. Apoc. 11: 18.* ita ab illis omnibus liberi erunt illi a quibus averfa dicitur ira Dei, & beneficia Dei statim obtinebunt, *NB. 2. Chron. 30. 9.*

Applicat. In malis durissimis experti sumus iram Dei adversus peccata, *2. Cbr. 29: 8. vid. Orat. Manass.* Verum benigne furorem belli avertit Deus, *Psal. 78: 38.* gratias eo nomine illi dicemus, *Esaj. 12: 1.* & ut porro evitemus poenas temporales, & maxime æternam, seria poenitentia & piis precibus ad Deum nos convertamus, *2. Chron. 29: 10. Jer. 4: 8.* alias nulla liberatio, *Jer. 30: 24.* Nam hypocrisis id non obtinetur, *Esaj. 9: 17.* itaque cum Ecclesia oremus: *Aufer immensam Deus aufer iram,* & pro grege Christiano dicamus, *ex Dan. 9: 16, 17, 18.*

CONCIO II.

Parasc. Jer. 3: 23. Sic nos ad Deum convertimus hoc die ut prioribus, illum pro ope benigne concessa extollendo, & gratiam ejus implorando. (*vid. Con. 2. die 3. 1678.*)

TEXTUS *Psal. 66: v. 8. ad finem.*

Exord. *Hiob. 22: 27.* Debemus Deo laudes, cultum & obedientiam, *Psal. 8: 2.* Debemus ea magis post accepta beneficia, *Psal. 50: 15.* adhuc magis per vota in necessitate nostra prolata, *Eccl. 5: 3. Jon. 2: 10.* Nobis præscripsit Deus modum se colendi; beneficia innumera contulit, & ad grates illi reddendas, publica voce singuli nos obstringimus hisce annis præteritis, sic in textibus solennibus promisimus laudes Deo, & vitæ nostræ emendationem, *Ps. 135: 5. Esaj. 35: 28. Esaj. 80: 19.* Ac expressissime *1678. die 2. ex Psal. 145. Esaj. 54: 8, 9.* Si hoc vorum & promissum præstando non servamus, mendaces sumus, *Psal. 78: 36, 37.* Ergo severè nos hortatur Rex noster in textu verbis Davidis, ut Deo vota nostra prioribus annis facta, præstemus, *v. 13, 14.* hinc

(*Propos.*) Pia votorum Christianorum solutio.

Votum, *ex Psal. 56: 13, 14.*

I. *Agnitione beneficiorum divinatorum*, v. 9. 10. 11. 12. 16. 17. 19. 20. (vid. Conc. 2. die 4. 1676.) *Reliqua peti possunt ex enarrat. vernacula in Psal. 66.*

II. *Studio morum bonorum*, v. 18. (vid. Conc. 1. die 1. 1676. tunc enim expositus tertius b. d. textus, Añ. 3: 19.) Hic serio inculcandū quod Rex pio zelo monet, *agamus veram penitentiam, ne in alia calamitate nostris, sine ope Dei relinqvamur.* Ita Deus comminatus est, Jer. 7: 13--19. & 11: 11. & 15. 1. Zach. 7: 11-13. &c.

III. *Sono hymnorum piorum*: a laudibus inchoat textus, v. 8. illas in medio continuat, v. 13, 14, 15. illis in fine claudit, v. 20.

Doctrinae ad Psalmum in commentario nuper hic edito, habentur, in quem usum commode adhibendus index totius operis.

Conclusio ex Psal. 61: toto.

Die IV. (6. Augusti)

CONCIO I.

Parasc. Psal. 86: 11. Uni cor meum ad timendum nomen tuum: hoc voto paramus nos ad auditum verbi, die hoc poenit. ultimo; adde 1. Chron. 30. 18.

TEXTUS Josue. 22. v. 5.

Exord. Philip. 1: 27. *Tantum digne Evangelio Christi πολλήν εὐδοίαν, ut decet veros & ingenuos cives Regni Christi, vitam agite, Añ. 23: 1. Phil. 3: 20. Quod Paulus sic saepe alibi & hic verbis ponderosis inculcat, id ut unum necessarium, Luc. 10. 41, 42. Ultimis suis ad populum alloquiis urget Josua, Jos. 22: & 23: & 24: capp. ultimorum ejus verborum initium; textus noster est, in quo ostendit.*

(Propos.) *Vitam hominis vere pii,*

Votum, Psal. 25: 4, 5.

Dimissurus Josua Rubenitas, Gaditas & dimidiam tribum Manassis, tanquam *memoriale* hocce illis reliquit monitum, paucis verbis *vite Deo grata* rationem complectens.

I. *Ejus normam indicando: videl. legem Dei per Moysen traditam.* Est lex perfectissima, Deut. 4: 2, 6. Psal. 19: 8, 9, 10. &c. Ergo ut unica norma praescribitur omnium actionum, *tantum custodite valde ad faciendum legem, &c. Deut. 15: 5. Nebem. 9: 13, 14. Esaj. 8: 20 Mal. 4: 4. &c.*

Appl-

401
7

Applicat. Quemadmodum populo Judaico revelationis clarae beneficium contigit, *Deut. 33: 4.* Ita nobis Christianis, verbum Dei credendorum & agendorum regula, splendidissimo lumine proponitur, *Job. 5: 39. 2.Tim. 3: 15-17. 2.Pet. 1: 19. &c.* Ac quoniam omnia praecepta hisce dieb. poenitent. non possunt tradi, utque tanto diligentius attendamus verbo Dei, toto anno nobis proposito, idcirco ex ultimis Josuæ verbis, ultimo hocce die, hoc primum præcipitur, *allenast/ alienast tager ther granneliga vara på 1c. 1.Sam. 7: 3. Ps. 119: 6. &c.*

II. *Ejus actus enumerando:* Quinqve constituuntur classes, (1) *Amor Dei*, præceptum maximum, *Jos. 23: 11. Marc. 12: 29, 30. &c.* (2) *Ambulatio in vijs ejus*, h. e. legem Dei ut ducem unice sequi, *Jos. 1: 7. & 23: 6.* (3) *Custodia mandatorum Dei*, h. e. humiliter se omnibus divinis præceptis submittere, *Exod. 15: 26. Deut. 30: 8, 10, 11, 16. 1.Chron. 29: 8.* (4) *Unio cum Deo*, *Jos. 23: 8. Psal. 63: 9.* (5) *Cultus Dei*, *tienahonom!* *1.Sam. 12: 10. Jer. 30: 9. Luc. 1: 74. &c.*

officium
Cultus Dei.

Applicat. Annon horum omnium defectus deplorandus apud nos & fuit antea, & adhuc est? Proinde *die 2. Con. 1. ex Deut. 10:* *Ista omnia verbis Moſis a nobis requiri voluit Rex, & nunc iterato verbis Josuæ, ut postquam duorum illorum Dei virorum præcipua monita audiverimus, nulla ratione excusabiles essemus, si Deum, vias, mandata ejus, contemnimus; si nos a Deo segregamus & cultum ejus negligimus, Deut. 29: 29. & 30: 11-18. & 31: 29. adde Jos. 23: 12, 13, 14. (diduci hæc omnia debent, pio zelo pro ratione cujusvis Ecclesie, redarguendo vitia adversa quinq; istis classibus, & adhortando ad virtutes per illa mandata, requisitas :)*

III. *Ejus modum determinando*, his verbis: *in omni corde vestro, & in omni anima vestra.* Per *cor* intelligitur voluntas, affectus, desiderium, &c. Quando *omne* dicitur, monet ut sit *indivisum*, *1.Sam. 12: 20, 24. 2.Chron. 31: 21.* ne partim Deo partim mundo adhaereat: *Psal. 12: 3.* per *animam*, nobilissimam partem, *Gen. 2: 7.* Intelligitur quicquid est nostrarum virtutum; & includitur quod alibi additur *aff all tin Sörmägal Deut. 6: 5. aff all tin Höghl Matt. 22: 37. &c.*

Per cor quantum ad illud

Applicat. Examinentur viae nostræ & deprehendemur *divisi corde:* *Hieriat de Delat/ Hof. 10: 1.* Inter Deum & Mammona *Matth. 6: 24.* Inter Deum & mundum, *1. Job. 2: 16.* Imo quod horrendum, cultu specioso volumus fervire Deo, *Esaj. 29: 13.* Sed indulgendo peccatis, revera diabolo servimus, *Job. 8: 44. 1. Job. 3: 10, 12. &c.* Audivimus hætenus mandata divina per Moſen & Josuam, Audiamus & nunc

157
cum obsequio & vitæ emendatione, eadem suavissima per Apostolos,
Eph. 4:1. 2. 3. Collos. 1:10. 1. Theff. 2:12. 2. Pet. 1:5-11. Sc. Sc. Concl. ex
Psal. 119: 29. 30. 31.

CONCIO II.

Parasc. Ephes. 3: 14, 16. Veneratur Paulus totam S. S. Trinitatem, *Patrem, v. 14, 15. per Christum, v. 14. Job. 14: 6. & robur Spiritus Sancti optat Ephes. 3: 16.* adde *Ephes. 6: 10.* ut non externe appareant tantum pii, *Matth. 23: 27.* sed *secundum interiorem hominem*, re ipsa adolescant in Christo, *radicentur & fundentur in charitate, Ephes. 3: 17. conf. Rom. 7: 22. 1. Pet. 3: 4. 2. Cor. 4: 16. Sc.* Frustra fuere hactenus dies nostri pœnitentiales, si tantum externo cultu Deo servire voluerimus: itaque ut hodie vel defectum devotionis priorum dierum pœnitendo deprecemur & emedemus, (*conf. Exod. 28, 38.*) vel ut bene inchoata, per hujus diei felicem celebrationem propagemus in vitæ sanctæ & piæ continuationem, & vanis non fidamus persuasionibus, (contra quas textus noster egregie pugnat,) ideo ad salutarem ejus meditationem nos præparamus, vovendo nobis singulis quod vover Paulus Ephesijs, *cap. 3: 14, 16. Sc.*

TEXTUS *Jerem. 7. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

E*Xord. Matth. 3: v. 2. 8. 9.* conjungimus hos tres versus: Sic enim primus Nov. Test. præco Joh. Baptista, *primum, v. 2.* Medullam prolixarum suarum concionum (*Luc 3: 18.*) proponit, jubens ut agnita morum & doctrinæ corruptione, ad sanio rem mentem redirent, per contritionem & fidem. *2. Cor. 7: 8. 9. 10. Actor. 19: 4. Sc 20: 21. Sc 26: 18.* Deinde, ne aut alios fallerent, aut se ipsos pœnitentiæ falsa persuasionem perderent, requirit Johannes *fructus dignos pœnitentiæ, v. 8:* intelligit vitam bonam & Deo gratam, in pietatis, justitiæ, castitatis, charitatis, &c. operibus, *Luc. 3: 10-14. Act. 26: 20. Gal. 5: 22. 23, 24. Jac. 2: 14. -20. Denique v. 9.* tollit Baptista vanæ imaginationis fundamentum. Putabant Judæi se habere omnia regni cœlestis jura, quia *ab Abrahamo geniti erant, Job. 8: 39.* Sed quoniam *sanguis* non facit filios Dei, *Job. 1: 13.* ideo quamdiu in impœnitentia sua hærebant, *ὄφθαλμοὺς ὄφιδων* illos vocavit Johannes, *Matth. 3: 7.* & Christus, *Matth. 12: 34. Sc 23: 33.* Imo priusquam permetteret Deus promissiones spirituales Abrahæ factas, ad alios trahi, qui non essent veri ac spirituales Israëlitiæ, i. e. veri fideles, *Rom. 4: 12. Sc 9: 6. Gal. 6: 16. Ex lapidibus possēt excitare filios Abrahamo, Matth. 3: 9.* Quemadmodum ex pul-

pulvere omnes homines condidit, *Gen. 2: 7. & 18: 27. Ad. 17: 26.* Et Abrahamitas ex senio confectis & instar petrarum exsiccatis parentibus, produxit, *Esaj. 51: 1, 2.* Causam cur concionem illam pœnitentialem sic instituit Baptista, reddit, *Matib. 3: 2. quia prope erit regnum Dei,* Christus cum beneficiis suis aderat omnibus universaliter exhibendus, sed à vere pœnitentibus exipiendus, *Job. 1: 12. Ad. 17: 30, 31.* Ejusmodi præco pœnitentiæ hoc ultimo die nobis sistitur Jeremias, in textu tradens.

(Propof.) Concionem sinceræ pœnitentiæ.

Votum: *Det nobis Deus pœnitentiam in intellectu veritatis, 2. Tim. 2: 25.*

Jeremias superiori anno textu medio, pœnitentialem dierum illorum devotionem clauderat, increpando inferiores propter ignorantiam statutorum Dei, *Jer. 5: 4. superiores* propter præfractam peccandi licentiam, *ib. v. 5.* Et omnes propter inobedientiam, impœnitentiam, hypocrisin, *ibid. v. 1. 2. 3.* Nunc aliam gravissimam Ecclesiæ corruptionem detegit, simul indicans ideam eorum qui serio se convertunt: habemus itaque,

I. Concionis publicationem: ubi (a) *Summus concionis auctor,* Deus ipse; non dictata cordis humani ista sunt, *verbum enim factum est ad Jeremiam a Domino, dicendo: v. 1. 2. conf. Jer. 1. 2, 4. & 15: 19. & 16: 12, 15.* (b) *Locus publicationis. porta domus Domini,* h. e. porta illa maxima per quam, (ut mox sequitur,) omnis populus intrabat in atrium majus templi Hierosolymitani, locus erat maxime publicus, *Jer. 36: 10.* (c) *Publicandi modus,* (1) *Sta,* inquit Deus, sic etiam in Hebr. *Jer. 26: 2. Sta in atrio domus Domini;* sedebant ibi principes in judicio, *Ier. 26: 10.* aut stabant Prophetæ, dum per vires licebat, tum in reverentiam verbi quod proferebant, *Num. 23: 18. 1. Chron. 29: 2, 3.* tum ut melius undiquaque audirentur verba, *Nehem. 8: 4.* (2) *Et predicabis ibi verbum hoc, & dices,* quanquam licentiosi sint Judæi, *v. 8. 9.* tamen intrepide conciones meas proclamabis, *Esaj. 58: 1.* (d) *Auditores:* -- omnis Juda, *qui ingredimini per portas has, &c.* in magnum atrium populorum, *2. Chron. 4: 9.* Eratque auditorum confluxus semper magnus, *Psal. 42: 5. & 122: 4.* imprimis si concio hæc festo aliquo annuo habita fuit, *Deut. 16: 16.*

Ufus. Quemadmodum Propheta non in angulo nec paucis hominibus hæc denunciavit, sed publice omnibus, ita ubi opus est, rectissime instituuntur Dei nomine publicæ increpationes, prudenti ac ferventi

304
venti zelo à Dei & Jesu Christi ministris: nec est quod hominum iram metuant. NB. Jerem. 1: 17, 18, 19. Fremunt nonnulli, si explicatius describitur peccatum, vel quod peccandi consuetudine, jam vitia in virtutes transformata putent, vel quod existiment se alicujus justitiæ, magni commodi, & auctoritatis prætextu, quicquid agere posse, vel se dignitate aliis esse superiores; Ministrum Christi contemnunt, & persequuntur, ipsumque Christum, Luc. 10: 16. fratres fiunt Pilati, qui etiam si nihil culpæ in Christo deprehendit, pro arbitrio tamen voluit eum *castigare & sic dimittere*, Luc. 23: 16. sed hi redargutionis impatientes, sunt qui *jugum frangunt*, Jer. 5: 5. plenius descripti, Esaj. 30: 9, 10. & 42: 20. Mich. 2: 11. &c. Verum nonne Rex noster clementiss. ad subditos suos, summos & imos, edicta dirigit? Nonne in edictis proximè elapsorum annorum, gravius de peccatis conqueritur, quam in omnium annorum priorum, postquam pius ille mos cœptus fuit? Nonne inter alios, etiam durissimos textus Mosaicos & Propheticos ad nos applicari vult? An ergo ministerium sacrum in enumerandis peccatis jam dudum mortuorum, vel in prænuntiandis moribus futuris, occupabitur? An sic mandato Dei & conscientie suæ, animarum curatores satisfacerent, si intractos relinquant atrocium criminum fontes, qui inter nos viventes, aut scandalizant pios Christianos, aut opprimunt egenos? *conf. Ier. 10: 8, 9. Ezech. 2: 4-7. & 3: 17, 18, 19. & 33: 33.*

II. *Concionis Propositionem, v. 3. Sic dicit Dominus Zebaoth, Deus Israëlitis*: prius ostendit summam Dei potentiam, quod sit supremus Dominus *exercituum*, terrestrium & cœlestium, Gen. 32: 1, 2. Psal. 68: 18. Esaj. 14: 26, 27. Ioël. 2: 11, 25. &c. alterum declarat ejus amorem in populum Israëliticum, Deut. 26: 17, 18. Psal. 89: 19. Proponit vero.

(a) *Facienda*, eaque (1) *in genere*, v. 3. *Hätter* &c. Hebr. *bonas facite vias vestras & opera vestra*: facta & dicta vestra tendunt in malum, ergo secundum normam verbi Dei ea bona & recta facite, vera poenitentia, Ier. 3: 12, 13. Idem in textu repetit, v. 5. Hebr. *Verum si bonas faciendo bonas feceritis vias vestras & opera vestra*, h. e. nihil corrupti voluntariè sine emendatione relinquetis, Ier. 25: 5. & 26: 13. 2. Reg. 17: 13. &c. (2) *In specie*, v. 5. urget *justitiæ studium*, in Hebr. *exercendo exerceatis iudicium inter virum & socium ejus*, h. e. omnino justitiæ normam unice sequemini, quemcunque causa tangit, sine culpabilis personarum respectu, 2. Chron. 19: 6, 7. Esaj. 56: 1. Ier. 21: 12. & 22: 3. &c.

(3) *Vitanda*: quatuor eorum classes notantur, (1) *Vana persasio*, v. 4. *Nolite confidere in verbis mendacij*: a Pseudoprophetis
fape

Spe d' egypte bantur
Padi, Jer. 14. 14. 22. 26
29. In. v. x. m. h. c. m. e. n.
Dedit no. m. h. e. 77

*dacij nomine, & rejecitur prava opinio a Judæis concepta de immunitate ab omni periculo, & cultus omnimoda perfectione, ex externi templi dignitate, Jer. 4: 14. ita Propheta monstrat quomodo verba mendacij protulerunt dicendo: hoc templum Domini, templum Domini, templum Domini. Verissime erat ibi templum, quod sic digitis monstrabat ingressuris, verissime erat illud Domini templum, Jer. 7: 10, 11. sed tamen mendacium proferebant, quia templi presentiam & exteriorem cultum, sine interiori & seria pœnitentia, putabant Deo satis esse & placere, Jer. 7: 8. Mich. 3: 11. Ter vero templum in hac exprobratione nominat, non tam propter tres primarias templi partes, nec quia rer anno quolibet solenniter illud frequentabant: sed ut trina repetitio alias singularem affectum denotat, Jer. 22: 29. Apoc. 8: 13. ita Jeremias insigni fervore, reprehendit pravam illam securi populi & falsorum Prophetarum frequentissimam jactationem, qua in ore semper habebant templum istud præstantissimum, quasi illud in se spectatum, sufficeret ad omnia mala avertenda. Magna quidem templi privilegia, Dei nomine promisit David, Psal. 132: 13, 14. petit eorum confirmationem Salomo, 1. Reg. 8: 13, 29, 30, 44, 48. dedit eam Deus, 1. Reg. 9: 3. Sed expresse verbis clarissimis, necessitatem observandi mandata divina, ut connexum indivisum, & antea monstravit, 1. Reg. 6: 12, 13. & post exigebat, 1. Reg. 9: 4. Rotunda comminatione declarans, nullam fore templi illius aut dignitatem aut securitatem, nec illis ex eo aliquam aut incolumitatem aut utilitatem, si se a Deo averterent, si mandata ejus non custodirent, si in Deo deserendo pergerent. NB. 1. Reg. 9: v. 6, 7, 8, 9, &c. Jam tempore Jeremiæ, non tantum voluntaria consuetudine peccabant, Jer. 7: 26, 27, 28. sed & in ipsa licentia peccandi, ex nuda presentia in templo veniam quasi mereri volebant: ita enim verba mox post textum sec. Hebr. sonant, v. 9. *Willien i sîala/ morda/ och boola/ och swârja sâstet ic. v. 10. Och så kommen i och ståån fram för migh i iheso Huse/ ic.* Talis confidentia hominum vana in templo, erat mendacium, v. 8. quia directe contra mentem & institutum Dei; 2. Chron. 7: 17--22. qui verum & sincerum, non hypocriticum cultum amat, Esaj. 1: 12--18. & sic nec templum, non hypocriticum cultum amat, Esaj. 1: 12--18. & sic nec templum, quo sic abutebantur, parcere se velle, Jer. 7: 13, 14, 15. exemplo sublato cultus e Silo, v. 12. ostendit, conf. 1. Sam. 4: 4, 11, 22. Psal. 78: 60, 61. ac eventum ipso, horrenda pœna, illos idem circa templum Hierosolymitanum experiri fecit, 2. Reg. 25: 9. Thren. 2: 7. (2) Vitare debebant oppressionem peregrinorum, orphanorum & viduarum, v. 6. sunt hi homines aliorum violentiæ*

magnum abrogatum, deo
eorum defensorum, qui
se monstrat, Ex. 22. 21.
24. Psal. 27. 19. 7

22: 21-24. Deut. 27. 19. & præmisso titulo divinæ suæ Majestatis, illos sub tutela sua sumit, Deut. 10: 17. 18. (3) *Sanguinis innocentis effusionem*, gravissimum peccatum, 2. Reg. 24: 4. (vid. Conc. 2. die 2. 1675.) addit: *in loco hoc*, civitatem Jerusalem & terram Canaan intelligit, ut v. 3. 7. nam illæ sanguine innocenti inquinabantur, Num. 25: 31, 33. Sed nec loca sacra ab ista impietate libera erant, 2. Chron. 24: 21, 22. Matth. 23. 35. (4) *Idololatriam in proprium eorum damnum*, adde Jer. 35: 15. Quamvis vehementer Deus irretetur falso cultu, Deut. 32: 16. tamen ad Deum non pertingit aliquod damnum, Hiob. 35: 5, 8. sed in ipsos peccatores, Jer. 7: 19. Hæc & alia peccata enumerantur, v. 9. ut ostendat Propheta Judæos magis peccatis operam dedisse, quam sincero cultui Dei, v. 23, 24. ideo *mendatio confidebant*.

Uusus, De bonis faciendis, ex prioribus textibus & alias sæpe exhortationes fieri debent: *Vitanda* illa quatuor, pluribus verbis a Jeremia proponuntur. Ab *idololatria* crassiori libera sunt, per Dei gratiam, regiones hæ; utinam a superstitionibus, veneficiis, & aliis Idolatriæ generibus, immunes essemus. *Sanguinis effusionem* gravibus querelis deplorare & duris admonitionibus avertere convenit, ne in pace, furorem bellicum impii homines in mutuas cædes convertant, ut 2. Sam. 3: 27, 30. & 13: 28, 29. 1. Reg. 15: 28, &c. NB. 1. Reg. 2: 5. *Oppressionem viduarum, orphanorum, miserorum aliorum*, multo animi more lugebimus, ex Hiob. 24: 3, 4, 9, 10, 12. & 35: 9. Eccl. 4: 1. Esaj. 10: 1, 2, 3. Mich. 2: 2. & 3: 2, 3, 4, &c. Verum singulari zelo voluit S. R. M. tas per hunc textum nobis ob oculos ponere *vanam nostram confidentiam in religione Evangelica, sine sincera pœnitentia*. Nimis magnum certe hoc malum, & jam a primo Christianismo coeptum, NB, Apoc. 3: 15, 16, 17. Judæi existimabant se esse Deo gratos propter templum, sacrificia, festa, etiamsi in peccatis continuo vixissent, Ezek. 33: 31. Sic putant PseudoChristiani, se in pleno peccatorum cursu habere Deum faventem, quia religionem Evangelicam habent: Parum aliter ac Simon Magus volebat Christianus esse, & per donum Dei exercere avaritiam, Act. 8: 13, 18, 19. Verum longe aliud dicit cœlestis veritas, Matth. 3: 2. 10. & 7: 19, 21. Ergo prior persuasio humana, est *fallax mendacium*, Jer. 7: 4, 8. & ad illam applicari debet censura Petri, Act. 8: 21, 22, 23. Damnantur a Jeremia *Judæi*, qui tamen erant *Dei federati, templum frequentantes*, imo *ibi adorantes*, v. 2. *verbum audientes*, ac in re sacra, templo ac cultu Dei, *gloriantes*. Nonne apud nos similis persuasionis gradus? *Securos se reddunt peccatores, existiman-*

tanquam in
religione Evangelica
sine sincera pœnitentia.

407
= *St. martini martyris*
per ingratia dei se
esse, quia Prilliani
imo Evangelici dicit
rare sunt
10.

& Lutherani sunt; quia per baptismum *federati*, toties in templum *veniunt, orant*, tot conciones *audiunt*, toties *sacramentum cene* participant; *hic*, inquit, *est verbum Dei*, *hic Lutheranismus*. Et per hac, persuasione a Jeremia damnata, volunt salvari, etiam si nunquam contra peccata pugnent, nec peccandi voluntariam consuetudinem, aut primum aliquem affectum e corde expellere conentur, sed quandoque vel sua vel aliena peccata defendant. Sic nefarie abutuntur verbo Dei & Evangelica religione, qui enumeratis actibus illis sacris confidunt, & tamen e.g. quidam 5. verba non proferunt, quin se aut alios diabolo tradant, alii inextingvibilia odia in corde gerunt, alii potationibus, scortationibus, dolosis machinationibus, cavillationibus, superbia instrumentis, &c. operam dant. Et tamen adeo persuasi sunt de vita aeterna, ut injuriam sibi fieri conqverantur, si quis de vero eorum Christianismo dubitaverit: Verum Spiritus Dei evidentissime ostendit, cum regnantibus peccatis non posse consistere salvificam fidem, 1. *Joh. 3: 6, 8: Rom. 6: 12, 16. Joh. 8: 34, 35. 2. Pet. 1, 9. Sc.* Vera enim fides purgat corda, *Act. 15: 9.* & fructus bonos profert, *Gal. 5: 6, 22, 2. Pet. 2: 5--8. Sc.* Quid ergo dicendum de iis qui 30, 40, 50. &c. annorum sunt, & sic vel 60. vel 100. vel pluribus vicibus, in absolutione Deo solenniter promiserunt, velle se emendare vitam: & tamen priorem peccandi morem retinent, quandoque augent, nec aliquem in devotione, charitate, patientia, &c. fructum bonum monstrant. magnum certe periculum incurrunt, *Prov. 1: 24--29. Joh. 12: 25. Hebr. 6: 7, 8: Sc.* Multi vel domi vel in templo, quolibet mane confessionem peccatorum proferunt, & ductum Dei petunt. Laudandi omnino in eo: at eadem hora redeuntes in officinam suam manuariam, (*Wdrassladh*) mercatoriam, (*Garbodh*) scriptoriam, (*Conser*) vel ad alium sive officii sive oconomiae locum, si occasio datur, cum damno alterius lucrum quarunt; si inimicum vident, odio accenduntur; si egenum, immisericordes manent; si potus offertur, eum ingurgitant; si calumniae, lasciviae, superbiae, crudelitatis, &c. incitamenta obveniunt, illas exercent, & sic dies, menses, annos transigunt. Et tamen quilibet eorum bonus Christianus, Evangelicus, Lutheranus, filius Dei & frater sive soror Christi, dici vult, contra effatum Divinum, *Gen. 17: 1. Ephes. 4: 19. 20. 21. Phil. 2: 17, 2. Joh. 5. 4. 5. 6. 9. Sc.* (*hoc & simili modo, ad nos applicari debet falsa illa Judaeorum persuasio, utinam in salutarem emendationem!* 1. *Cor. 10: 11. 12. Prov. 2: 6, 7, 8, 9. Zephan. 2: 3.*)

Peccatis regnantibus de
salutaria scriptura
NB.

III. Pro-

III. Propositam
promissionem,
quæ illis repetitur.
2. 3. 7. In illis uig.

III. Propositam promissionem, *Et habitare faciam vos in loco hoc*, i. e. in terra Canaan, ita exponitur v. 7. sec. Hebr. *Et habitare faciam vos in loco hoc*, (in terra quam dedi patribus vestris) a seculo & usque in seculam, i. e. perpetuo quam diu mundus duraret, in terra Canaan habitarent Judæi, si in vero cultu & obsequio, Deo adhererent, Jer. 4: 1. 2. & 5: 5. NB. Levit. 26: 3. 5. 6. 2. Chron 33: 7. 8. & illi perpetuæ ac felici inhabitationi, esset adjuncta semper gratiosa Dei præsentia, Gen. 17: 8. Levit. 26: 11. 12. Psal. 46: 5. 6. & 68: 17. Nam & gratia promissa pœnitentibus Judæis extra terram Canaan, Lev. 26: 44. 45. Deut. 4: 27--31. Amos. 9: 9. &c.

Ufus. Exiguam homines ingrati existimabunt hanc promissionem, quia sat tuta & munita illis videtur patria, foederibus, prudentibus consiliis, aut militum copia defendenda. Sed annon hæc omnia in vicinia nuper vana erant? Sic monstravit Deus se posse populū quemlibet sedibus suis pellere, ut antea Judæos, si inobedientia & impœnitentia illum irritaverit, Lev. 18: 28. 29. Esaj. 40: 15. 17. 22. Jer. 49: 5. 16. Dan. 4: 14. 32. Proinde si in terra nostra manere cupimus, si in illa felicitatem temporalem & spiritualem possidere desideramus; Si lumen verum & gratiam Dei amittere nolumus, Apoc. 2: 5. Agedum, verbum Dei ejusque puritatem amemus, Psal. 94: 20. & 119: 80. Deum timeamus & illi seruiamus, Psal. 37: 27. 28. 29. 37. Luc. 1: 74. 75. quotidie resurgamus per veram pœnitentiam, h. e. intimo de peccatis nostris angore, Psal. 32: 4. 5. & vera in Jesum redemptorem fide, Rom. 3: 24. 25. & 10: 9. Sanctæ vitæ renovatione illi adhæreamus, Ephes. 2: 5. 10. & 5: 14. 15. Coll. 3: 1--6. istis v. nostris operibus, nihil aut meriti aut fiduciæ tribuamus, Luc. 17: 10. Gal. 2: 16. &c. sed omnem consolationem in hac vita, & omne bonum in altera, a gratia Dei in Christo Jesu expectemus ac speremus unice, Philipp. 3: 8--11. Votum ex 1. Thess. 5: 23. & ubi tertia non habetur concio, fiat benedictionis divinæ votiva applicatio ex Syr. 50: 24. 25. 26.

Benevol. L. Sal. Antea ratio reddita est omissarum dispositionum in textus pœnitent. tertios. Circa loca Biblica adducenda, necessarium monitum subjunximus anno superiori; erit & hoc nunc observatu utile, quod quando plura dicta sacra, ad unam rem probandam illustrandamve adhibita sunt, tunc ex illis cum delectu alleget concionaturus, scopo, auditorio & tempori maxime convenientia: nisi aut his meliora habet, aut potius ad eam amat. Faxit Deus ut tranquillam vitam in omni pietate & honestate agamus! 1. Tim. 2.